



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Tertia sessio, & c.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10502

Verba illa, porrigiendi manus adiutrices, symoniaca labis & auaritiae, populisq; detrahendi materiam præbent.

Nonnulli ex publicatione Indulgentiarum lucrandi occasionem querunt.

Prædicatores aliqui pro Indulgentiis publicandis operas suas pacta mercede locant, & tanquam mercenarii ciuitates & diœceses obeunt.

Taxantur Indulgentiae ad certam summam pecuniarum, & pro confessionalibus, ut appellant, aliisve literis confiendis, in quibus integræ Bullæ, aut eorum aliquæ describuntur, certa merces pacisci & exigi à nonnullis solet.

His incommodis, quæ remedia adhiberi posse existimamus, Sanctitati Veræ proponimus.

Plenariae Indulgentiae nè concedantur nisi ob magnam causam, quæ publicum bonum respiciat. Pro aliis causis piis, ut pro ædificanda Ecclesia, hospitalitate seruanda, ingressu alicuius sodalitatis seu confraternitatis, &c. non dentur plenariae sed temporariae. Pro locis vero & causis particularibus, ut pro altari, pro Hebræo ad fidem conuerso, & huiusmodi; Item pro coronis, & ut appellant: Huic Aue Maria, & illi Pater nostro, omnino ne dentur.

Non obligetur Clerus ad processiones, nisi ubi fuerint plenariae.

Nè ponantur verba illa, à primis vespere viii diei ad occasum alterius; sed ab ortu ad occasum.

Si non est designata certa Ecclesia, Episcopis & ordinariis facultas detur unam pro viris, & aliam pro mulieribus suo arbitratu constituendi; & ut contrahientes pœnis coercentur. Si vero in Bullis certa Ecclesia exprimitur, Episcopi & ordinarii, & maribus & fœminis tempus quo ad illam separatum adire debeant, præfiniant.

Nè concedatur facultas absoluendi à quibusunque excessibus, etiam enormibus & reseruatis in Bulla Cœnæ Domini, nisi in plenariis.

Iis qui Indulgentiarum fractum consequi voluerint, elemosinæ, orationis, & ieiunii præstanta opera imponantur, qui faltem extrema duo.

Dicatur aperte per modum suffragii.

Exprimatur pro vere penitentibus, & confessis, seu firmum propositum &c.

Dicatur quod Sacerdotes habeat tam facultatem absoluendi à censuris ilatis à iure.

Addatur, approbandi tamen ab ordi-

nario: Iuxta formam Concilii Trident.

Nè apponantur tamen censuræ contra Episcopos, & alios non publicantes &c. sed moineantur tantum.

Detur facultas ordinariis, vt eas distribuant, & in aliud tempus differant, prout ipsis magis expedire videbitur.

Illarum rerum facultas nemini concedatur sine consensu ordinarii.

Nè edantur summaria, nisi collationata, & subscripta ab ordinario loci, seu eius Vicario.

Bullarum transumptis fides ne adhibeantur, nisi sint collationata, subscripta, & sigillo munita alicuius Metropolitani, seu eius Vicarii.

Omnes Indulgentiae Episcopis inspicienda & examinanda tradantur, qui legitimas probabunt, reliquas nulla auctoritate roboratas reiicient.

Nè apponatur verba illa, sed fidelium pietati id relinquatur.

Proponatur aliqua pena Episcopis & ceteris, qui pro cœcione publicationis aliquid accipiunt, et à sponte offerentes.

Ne permittantur id agere. (bus.
Tollantur abusus.

Tertia Sessio &c.

A Nuo à Natiuitate Domini 1565. Pontificatus Sanctissimi Domini nostri Pii Papæ Quarti Anno sexto, die Sabbati, tertia mensis Nouembris, habita & celebrata fuit sessio in Ecclesia majori, presidente eodem Illustrissimo & Reverendissimo D. Carolo Borromæo, mane circiter hora 16. Pères in Ecclesiam conuenierunt. Missa de Spiritu sancto ritu atque instituto Divi Ambrosij celebrata est à Reverendiss. Dom. P. Episcopo Dhertone.

Illustriss. Metropolitanus cum Illustriss. Cardinalibus Tranen. Vercelleni. Bobba, & Castilione, (qui duo ultimi honoris gratia accesserant,) re sedid sub umbella ad cornu dextrum Altaris, cum pallio

pallio seu cappa purpurea. Missa absolta, accedens ad finitrum cornu Altaris ad sellam seu Faldistorium, pontificalibus indumentis de more est induitus, & reliqui patres acceperunt pluvialia, & mitras, cantantibus interea Cantoribus psal. Quām dilecta tabernacula.

Dicta ab Illustrissimo Metropolitanu oratione de Spiritu sancto, cum cæteris, quæ ex ceremoniali libro adhiberi solent, omnes locis suis confederunt. Illustrissimus autem Cardinal. Tranen. & Vercellen. relictis Illustrissimis Cardinalibus Bobba & Caſtilioneo in eorum sedibus, accederunt prope Altare maius distantes ab aliis Illustriss. Cardin. per quatuor brachia.

Qui decreta lecturus erat, accedens ad Illustrissimum Metropolitanum, genuflexus de illius manu ea recepit; & ascenso ambone, alta voce legit reliquam partem constitutionum & Decretorum huius sanctæ Synodi.

Quibus lectis alter ex Secretarijs rogauit Patres in hæc verba: Illustriss. & Reuerendiss. D. Reuerendissimi que Patres, placent ne hæc omnia vobis singuli rogati responderunt simpliciter placent; præter Illustriss. Cardin. Tranen. Episcopum Placentinum, qui dixit: Placent cū protestatione iam facta: deditq; singrapham, eiusdem planè tenoris cum ea, quam in secunda sessione dederat; & Reuerendiss. Episc. Vigleuanen. qui patiter schedulam notariis porrexit, eiusque sententiâ voce etiam expressit. verba autem hæc sunt. hæc quæ nunc lecta sunt, & omnia alia, quæ ab hac sancta Synodo statuta, sancta, & decreta fuere, mihi placent, cum hac tamen conditio ne & protestatione, quod propter hoc non intelligo præjudicare iuribus, priuilegiis, ac concessionibus, & consuetudinibus à Principe Ecclesiæ fundatore, à sancta Sede Apostolica, & specialiter à Sanctissimo Domino Nostro Pio Quartto Pontifice maximo mihi & Ecclesiæ meæ datis, factis, atque concessis. Eodem tempore, quo collecta fuerunt vota super prædictis Decretis propositis, fuerunt etiam collecta vota secreta de consensu patrum, an placeret patribus, vt Illustrissimo Domino Metropo-

litano remitteretur, vt nomine sanctæ Synodi posset condere Decreta de obseruandis à prædicatoribus, de Visitatione, de modo exercendi functiones sacerdotum & Minorum ordinum, & vt decreta super his ab ipso Metropolitanu Dom. Illustriss. condita, nomine Synodi in lucem prodire possent, & eadem auctoritatem haberent, ac si in publica sessione approbata essent, & vt de reformatione Monialium posset latina lingua condere Decreta iam visa à patribus, vulgari tamen lingua confecta, & vt Decretis sanctæ Synodi in ipsa sancta Synodo publicatis posset addere, & demere, & declarare, & ordinem, & etiam substantiam immutare. Omnes patres responderunt simpliciter, placet.

Relatis votis Illustrissimus Metropolitanus dixit: Decreta placuerunt omnibus, & ideo Deo agende sunt gratiae. Pz tres responderunt: Deo gratias.

Secretarius qui erat in ambone, legit Decretum de testibus Synodalib. in hæc verba. Vetus est consuetudo sacerdotum Conciliorum Decretis introducta, vt in omnibus provincialibus Synodis singularis eius prouincia Dioecesanæ duo pluresve spectati, & probati veri diligenter, qui diligenter animaduertant, an aliquod in sua Dioecesi corrigendum emendandum sit, cognitumque proximo quoq; prouinciali Concilio ad Metropolitanum, Comprouinciales Episcopos, & alios referant; vt si ab Episcopis minus prouisum sit, à Synodo prouideatur. Ideo nos probatum hoc institutum secuti, deligimus & huic officio propinquus infrascriptos.

Lecti sunt omnes ordine.

Quod vero ex his quos nominauimus quidam obsunt, facultatem damus eorum Episcopis, cum ad Ecclesiæ suas redierint, accipiendi ab eis iusurandum, quo se obstringant, se id munus recte fideliterque gesturos, veraq; omnia quæ cognoverint, ad Synodum relatueros.

Eandem potestatem damus Episcopis absentibus, ex quorum Dioecesibus nulli ad hoc munus sunt nominati, vt singulari aliquibus hoc negotium dare possint, accepto prius ab eis ex consuetudine iusurando.

I 3 Lectio

Pars III.

Lepto Decreto, Idem secretarius alta voce dixit: [Tentes Synodales qui sunt præsentes, accedant ad præstan. iusurandum,] Accesserunt omnes.

Cumq; starent genibus flexis coram Illustris. Metropolitanu, admoniti sunt à Notario in hæc verba: [Iurate vos fideliter munus vestrum impleturos, vereque relatueros, omni remoto affectu & cupiditate, quæ de his, quæ omni indagatione & inquisitione à vobis adhibita, aut videritis, aut ad vestras aures per venerint.

Illustrissimus Metropolitanus paginam iusurandi accepit, & RR. DD. Ferrandus della Cruce, Paulus Patrocinius, Io. Baptista Castanus, Aluysius de Baronio, Thomas de Fisettis, Io. Augustinus de Lima, Io. Antonius Iauenus, Franciscus Clouranus, eam manibus tangentes iurarunt.

Deinde Reuerendus D. Promotor Episcoporum absentium contumaciam accusavit, causasq; committi petijt in hæc verba.

Cum aliqui Prouinciae Mediolanen. Episcopi, qui huic sacrae Synodo interesse debebant, adeo vel negligentes, vel contumaces fuerint, vt moniti ab Illustriss. & Reuerendiss. D. V. quod ad hanc Synodus venirent, id facere neglexerint: Cumque Deo approbante huius sacrae Synodi finis instet, & ideo in ea iure & legibus in illos temporis causa iam agi non possit: Idecirco pro officii mei necessitate, Ego N. huius sanctæ Synodi Promotor, iterum eorum contumaciam accusando insto, vt Illustrissima & Reuerendissima D. V. Reuerendissimis Dominis delectis ad Episcoporum absentium causas cognoscendas committat, vt quamprimum ad harum causarum expeditionem procedant, Episcoposq; negligentes, & contumaces poenis iure statutis puniant ac corrigant. cum etiam nonnullæ cause ob varias difficultates, ab ijs Iudicibus, quibus ab Illustriss. & Reuerendiss. D. V. commissæ erant, adhuc expediri non potuerint: propterea peto ab eadem Illustriss. & Reuerendiss. D. V. vt eosdem Iudices ex sacrorum canonum iurisque prescripto eas terminari iubeat.

Absoluta Promotoris accusatione, II lust. iff Metropolitanus dixit: Admittimus, committimus, & iubemus.

Continuò Secretarius qui erat in ambone legit Decretum de fine Concilii, videlicet. Cùm ea, quæ ad restitucionem & conseruationem christianæ disciplinae in prouincia nostra pro huius temporis ratione agenda videbantur &c. Deo auctore & adiutorie confecta sint; & Episcopos, qui huc è suis Ecclesiis euocati sunt, Pastoralis cura & gregis necessitas domum reuocet: ideo huic sanctæ Synodo fiuum iure imponeundū existimamus.

Illustriss. & Reuerendiss. D. Reuerendissimi que Patres, placet ne vobis, vt ad laudem Dei omnipotentis, huic sacrae Synodo, si is imponatur? omnes sigillatum responderunt: Placet.

Habita relatione Illustrissimus Metropolitanus dixit: Placuit omnibus Patribus; Itaque nos prouinciali Mediolanen. Synodo finem facimus, & iam nunc factum esse decernimus.

Illustrissimus Metropolitanus antequam Patres de more cum pace dimitteret, breui illos, sed graui admodum oratione, in hanc ferè sententiam est allocutus. Immortales Deo omnipotenti gratias agendas esse, cuius nomine atque auxilio opus præstantiss. optato sine conclusum fuerat. reliquum nūc esse, vt quæpiè sanctè que decreuissent, ab omnibus inuolatè seruari curarent. Redirent ad suas ecclesias, gregesque suos pastorali pietate vigilantia cuius odirent. neque enim dubium fore, quin antiquus humani generis aduersarius, qui semper tanquam leo rugiens, circuit quæres quam deuoret, nūc potissimum Christi quibus insidias pararet: illi fortiter resistendū esse. meminerintque illius sententia à Spiritu sancto prolatæ: Attende vobis, & vniuerso gregi, in quo vios Spiritus sanctus posuit Episcopos regere ecclasiæ Dei, quam acquisiuit sanguine suo, ipsos verò manus suum ritè & rectè impleturos, si seipso, omnesque actiones suas ad illam formulam dirigerent, quæ Petri Apostoli verbis Episcopis prescribitur: Pascite, qui in vobis est gregem Dei, prouid. utes non docto, sed spontaneè, secundum Deum: nēq; turpis

Iuceri, sed voluntariè; neque ut dominantes in Cleris, sed forma facti gregis, ex animo; Et cum apparuerit princeps Pastorum, percipietis immarcisibilem gloriæ coronam. Cumque alia nonnulla in hanc sententiam dixisset, orationem his verbis absolutit. Illustriss. & Reuerendiss. D. Reuerendissimique Patres, post gratias Deo actas, Ite in pace. Patres omnes assurgentes, inclinauerunt capita dicentes: Deo gratias.

Deinde Secretarius legit mandatum de subscriptionib. quod est huiusmodi.

Illustrissimus & Reuerendissimus Metropolitanus admonet omnes Illustriss. & Reuerendiss. Dominos Episcopos, qui huic sacro Concilio iure intersunt, vt se cùdum Metropolitanum singuli loco & ordine ad altare maximum accedentes, ijs, quæ in sancta Synodo decreta sunt subscriptant. Mandat etiam absentium Episcoporum Procuratoribus, vt nemo eorum sub excommunicationis pena Mediolano discedat, nisi prius sui Episcopi nomine decreta suscipientes, illis subscripterint.

Deinde ipse Illustriss. Metropolitanus super altari se subscriptis. Postea resedit in sua sella, donec Cardinales, & omnes Patres se subscripterunt: qui ordine unus post alium ad Altare accedebant, & primò infra gradus Metropolitanano caput inclinabant, qui leuiter è sella surgens, benigna salutatione eis respondebat: deinde iam Altari propinqui, iterum caput inclinabant, tenentes mitras suas & subscriptebant. Procuratores Episcoporum absentium non subscripterunt se publicè in ecclesia, sed priuatim domi.

Absolutis subscriptionibus Promotor Synodi notarios rogauit, vt de omnibus & singulis, quæ in ea sessione gesta erāt, publica conficerent instrumenta.

Dicto Hymno [Te Deum laudamus] Metropolitanus nihil dicens benedixit populo, & dimissa est Concio, cum iam prima noctis hora præteriisset.

Patres præsentes huic sessioni.

Illustriss. Cardinalis Tranensis Episcopus Placentinus.

Illustrissimus Cardinalis & Episcopus Vercellensis.

Illustriss. Cardinalis Bobba.

Illustriss. Cardinalis Castilioneus.
Hi duo quia honoris tantum gratia, non vti Episcopi aderant, non induerunt pluvialia, federuntque eodem in loco cum alijs Cardinalibus Prouinciae Mediolanen. Episcopis.

Reuerendiss. Hieronymus Vida Cremonen. Episcopus Alben.

Mauritius Petra Episcopus Vigleuanen.

Cesar Gambara Episcopus Dhertonen.

Scipio Estens. Episcopus Casalanen.

Petrus Costaciarius Episcopus Aquen.

Dominicus Bolanus Episcop. Brixien.

Nicolaus Sondratus Episc. Cremonen.

Hieronymus Galaratus Episc. Alexan.

Federicus Cornelius Episc. Bergomen.

Procuratores Episcoporum absentium.

Laudensis.

Nouariensis.

Astensis.

Saonensis; Ecclesia Vintimilienis vacat suffragio.

Procuratores Capitulorum & Cleri Ecclesiarum.

Abbes.

Præpositi.

Adsuit Excellentissimus Senatus Mediolanen. & Nobilium virorum maxima frequentia &c.

ACTA CONCILII SEXTI Prouincialis.

Illustriss. & Reuerendiss. in Christo Pater & Dominus D. Carolus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis tituli Sanctæ Praxedis, & Sanctæ Ecclesiæ Mediolanen. Archiepiscopus, hoc præsenti anno 1582. die scilicet decimo mensis Maji, Concilii Prouinciale sextum in Cœcilio Prouinciali quinto iam legitimè indictum celebraturus, ad præscriptam rationem in Concilio Prouinciali quarto in Calendario huius anni primò ponit, ac die Epiphaniorum per Reuerendissimum Archidiaconum in Metropolitanam post solennem dierum festorum mobilium enunciationem solenniter promulgari voluit his conceptis verbis. Hoc item anno, dilettissimi, ad Dei omnipotentis, Beatæq; Mariæ semper virginis, ac Sancti Ambrosij confessoris, & gloriosorū Martirum Prothasisj & Ger-

I 4 uafij